

LEGES NOVELLAE

AD THEODOSIANVM

PERTINENTES

EDIDIT

ADIVTORE TH. MOMMSENO

PAVLVS M. MEYER

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCV

CONSPECTVS OPERIS

	pag.
<i>Conspectus subsidiorum et explicatio signorum</i>	VI
PROLEGOMENA IN LEGES NOVELLAS AD THEODOSIANVM PER-	
TINENTES	
Cap. I. <i>De singulis legum novellarum syllogis</i>	XI
Cap. II. <i>Codices corporis Maioriani (primae syllogue)</i>	XXV
Cap. III. <i>Codices Breviarii (alterius syllogae)</i>	XXXI
Cap. IV. <i>Codices tertiae syllogae</i>	XLIII
Cap. V. <i>Excerpta. Breviarii epitomae. Varia</i>	LV
I. <i>Ex syllogis Orientalibus excerpta</i>	LXI
II. <i>Ex syllogis Occidentalibus excerpta</i>	LXIII
III. <i>Breviarii Alariciani epitomae</i>	LXV
IV. <i>Breviarii minora</i>	LXXVII
V. <i>Libri latentes vel deperditi</i>	LXXXIX
Cap. VI. <i>Legum novellarum editiones et apparatus</i>	XC
Cap. VII. <i>Crisis legum novellarum</i>	XCI
A. <i>Leges novellae Theodosii II. Valentiniani III. Maioriani (1—6)</i>	1
B. <i>Leges novellae Marciani et reliqua per Alaricianos solos servata</i>	179
C. <i>Leges novellae Anthemii</i>	197
Cap. VIII. <i>Constitutionum acceptores et tempora locique</i>	209
I. <i>Constitutionum acceptores</i>	209
II. <i>Constitutionum tempora et loci</i>	213
<hr/>	
I. <i>CORPVS LEGVM NOVELLARVM THEODOSII II. VALENTINIANI III. MAIORIANI IN OCCIDENTE A MAIORIANO CONDITVM</i>	1
II. <i>LEGVM NOVELLARVM MARCIANI IN ORIENTE PROMVLGATRVM QVAE IN BREVIARIVM ALARICIANVM RECEPTAE SVNT</i>	179
III. <i>AVCTARIVM LEGES NOVELLAS EXTRAVAGANTES CONTINENS SEVERI ET ANTHEMII</i>	197
<hr/>	
<i>Index titulorum</i>	209
<i>Corrigenda et Addenda ad vol. I et II</i>	213

CAPVT SEXTVM.

LEGVM NOVELLARVM EDITIONES ET APPARATVS.

Novellarum editiones eadem fere sunt atque in volumine primo tractatae, quae ad Theodosianum pertinent.

Editio princeps, quae a. 1517 a *Petro Aegidio* Antverpiensi divulgata est (Haenel, *AEGIDIVS* Brev. p. C sqq.; nov. const. p. XVI sq.; Mommsen, Theod. I p. CVII), codice deperdito nittitur, qui Breviarium Alaricianum complectebatur sic epitomatum, ut libris p. LXI sq. descriptis inest.

Breviarii integri novellas primus *Iohannes Sichardus* Basileae a. 1528 edidit *SICHARDVS* (Haenel, Brev. p. CIV sqq.; nov. const. p. XVII; Mommsen, Theod. I p. CVII), qui Murbacensis hodie deperditi apographum (nobis C) libro Basileensi C III 1 servatum in universum sequitur (vide p. XXXIX). Novellam Theod. 1, quam Basileensis C III, 1 bis habet et Theodosiano praemissam (ex G) et in principio novellarum Theodosianarum (ex Murbacensi), Sichardus semel tantum exhibet, scilicet ante Theodosianum, nisus Murbacensi textu (C), Gothani (G) lectionibus passim vel in textum receptis (potissimum in fine constitutionis) vel in margine adscriptis. Praeter Basileensem, ut in Theodosiano, et in textu et in margine adhibentur libri tres, Mogontiacensis iam Gothanus (G) modo laudatus, decurtatus Argentoratensis iam Bernensis 263 (p. XXXV), Augustensis deperditus (vide p. LXIII). Sichardianas lectiones neque in C neque in G neque in Bernensi 263 repertas ex hoc *bibliotheca Augustensis* codice desumptas esse verisimile est; hic pertinent lectiones marginales.

Theod. 22, 2, 119 vacuum] lucrum

Valent. 35, 48 proximis] praepositis

Maiorian. 7 rubr. ceteris] Sich. (lat.) marg. cum ΓΕ^b, diversis Sich. (lat.) text. cum reliquis.

Eiusdem fortasse originis sunt textus lectiones alibi non inventae, quas coniecturas esse vix crediderim,

Maiorian. 7, 93 inferendum sed et binos] inferendum decet binos

— 11, 13 nec episcopum a verecundia] avertendo nec episcopum.

Commemoratione denique dignum mihi videtur duos nov. Theod. 20 'de alluvionibus et paludibus' locos a Sichardo depromptos esse ex *Gromaticorum* codice fol. 171^v ab eo divulgato, scilicet

Theod. 20, 11 nili tantum] limi tantum Sich. text. ex *Grom.*, militantum Sich. marg. ex C

— 20, 28 petitoris] petitor Sich. marg. ex *Grom.*

Inter Sichardianae editionis exemplaria propter apparatum adscriptum utilia sunt duo, in bibliotheca publica Parisina sub numeris Réserve F 381 (F^a) et F 380 (F^b) servata.

Exemplari *Paris. Réserve F 381*, aliquando Ranconeti, deinde Petri Pithoei filii (cf. Mommsen, Theod. I p. LXXVI not. 1 et LXXVII), *Ranconetus* (1500–1559) etiam in Novellarum parte varias lectiones adscripsit ex duobus certe codicibus depromptas:

1. Longe pleraequae lectiones redeunt in Parisino 4405 (nobis S: p. XLII), aliquando Pictavensi, qui postea Ranconeti factus est.

SICCHAR-DIANAE EXEMPLARI.

*Exempl. Paris.
Rés. F 381:
RANCONETVS*

2. Ad novellam Valent. 27 neque minus ad nov. Valent. 31 subscriptionem Ranconetus lectiones adscriptis hoc ipso codice suppeditatas, quem 'meum' ad Pauli locum 5, 5a, 1 f. 154^v appellat; hunc fuisse *Vaticanum reginae 1048* (p. XXXIV sq.) Mommsen (*l. l.*) putat.
3. Accedunt lectiones ex codicis *Iustiniani* editione *Haloandro* (10, 35, 2) ad novellam Theod. 22, 2 adscriptae, quae Sichardiana textum emendant, ut Theod. 22, 2, 19 (*directis*) — 22, 2, 25 (*promiscui — dominii*) — 22, 2, 44 (*praebebitur*). Ad Theod. 22, 2, 73 Sichardiana hiatum, ubi verba seu eius pretio omittuntur, Ranconetus recepto Haloandro supplemento *vel dodrantis* explavit.

Exempl. Paris.

Rés. F 380:

Multo maioris momenti est apparatus alterius exemplaris *Paris. Réserve F 380*, ut in tegumento scriptum habetur (*F⁴*, ut est in indice): lectionibus enim in margine a duobus Petris Pithoeis tam patre quam filio adscriptis Cuiacius ad editionis prioris textum stabiliendum potissimum utitur. Verba indici libri recentiore manu inscripta 'Iacobi Cuiaci' 'et Petri Pithoei sunt quae passim hic m(anu)s(crip)ta habentur' veritati non respondent:

*PITHOEVS
PATER
(*4)*

Petri Pithoei patris (1496/7—1553/54) adnotationes, quatenus ad Novellas spectant (= *4), in capite quarto (p. XLIII sqq.) tractavi. Ex syllogae tertiae codice deperdito depromptae, cuius apographum imperfectum repreäsentat *Parisinus 4420* (nobis 4), addunt indicem novellarum in Sichardiana desideratarum (ad f. 94^v), novellam Severi 2 (ad f. 167^v), varias denique lectiones in margine passim adscriptas.

*PITHOEVS
FILIVS
(Pith.
[ad Sichard.])*

Longe maxima marginalium adnotationum pars ad *Petrum Pithoeum filium* (1539—1596) pertinet, qui varias lectiones ex diversis codicibus sumptas diversis temporibus adiecit. Nota 'vet.' plures codices significantur: sic ad Valent. 35, 28 libri *S* et *Vaticanus reg. 520*; porro *S* ad Valent. 21, 2, 4 — Marcian. 1, 67, *Parisinus 4409* ad Marcian. 4 subscr. Codex 4 hic illic 'noster' a Pithoeo nuncupatur: sic ad insiticism novellae Valent. 19 subiunctum, item ad nov. Valent. 35 rubr. — Adhibiti autem sunt a Pithoeo libri hi:

1. *S* noster, iam *Parisinus 4405* (p. XLII), ut Ranconeto, ita Pithoeo plerasque adnotationes suppeditavit.

2. *A* noster, Pithoeani deperditi apographum in P. Pithoei filii manus translatum, iam *Parisinus 4420* (p. XLVI sq.), varias ad Valentinianas lectiones ei praebuit adscriptas demum post Cuiacianam priorem a. 1566 editam.

3. **E*, iam Rosanbinus codex adjunctus *Parisini 4406* foliis 1—56 (p. XXXIII), eo tempore Pithoei, passim adhibitus est.

4. Libri decurtati *Parisini 4409* (p. XXXIV sq.) titulis (ad Valent. 35), inscriptionibus (ad Sever. 1), subscriptionibus (ad Theod. 11 — 15 — Valent. 19 — Marcian. 4 — Sever. 1) neque minus constitutionum verbis (ad Theod. 1 — 2 — Valent. 1, 3 — 18 — 28 — 27) Pithoeus usus est. Rubricam f. 17^r *Parisini Breviariorum* praemissam ad verbum descriptam ab eo esse supra p. XXXIV diximus.

5. Ex libro decurtato nobis *Ω* (p. LI sq.), quem Pithoeus f. 84^v et p. 119/120 sub 'vet. cod. eccl. Bel(uacensis)' nomine (vel similiter) laudat (vide p. LI not. 2), praeter novellarum Maioriani 1—6 rubricas p. 119 enumeratas nonnullae lectiones adscriptae habentur, ut ad Theod. 11 rubr. et int. — Valent. 18 rubr. — 25 subscr. — Marcian. 1 rubr.

6. *Epitomae Monachi* quae dicitur liber *Parisinus 4419* (p. LXII) adnotationes ad Valent. 1, 3 subscr. (*habegeno*) — 23 passim — 25 subscr. (*iulias — ardebure*) — 27, 58 — Marcian. 3 subscr. — Maiorian. 11, 18 — Sever. 1 subscr. Pithoeo suppeditavit.

7. Foliis solitariis iam *Vaticani reginae 520* f. 96, 97, 98 (p. LX) Pithoeus lectiones debet ad nov. Valent. 35, 26 — 35, 28 — 35, 29 — 35, 51 adscriptas.

8. Varias denique lectiones Pithoeus deprompsit ex *Iustiniano* ab Haloandro recentito, ut ad nov. Theod. 9, 32 — 9 subscr. ex Iust. 1, 14, 5, ad Theod. 11, 17 ex Iust. 8, 14, 6, ad Theod. 14, 42 — 14, 45 ex Iust. 5, 9, 5, ad Theod. 22, 1, 61 ('in c(odice) e vet(ere)') — 22, 1 subscr. ('in c. est') — 22, 2 subscr. ex Iust. 5, 27, 3, ad Theod. 22, 2, 19 et 22, 2, 25 (ut Ranconetus) ex Iust. 10, 35, 2.

9. Perquisitis marginalibus adnotationibus paucae restant et parvi illae quidem momenti, quae quamquam nota 'al(ias)' significatae in nullo codicum supra allatorum

comparent, nisi forte ex Rosanbino (*E) depromptae sunt, quem non contuli; exempla nonnulla sequuntur:

- Theod. 3, 31 quae] reliqui cum *E, quas Pith. (ad Sichard.) cum HNΦ
— 3, 83 fotinos] fotinianos Pith. (ad Sichard.) [unde Cui. ed. 1] cum O
— 14 subscr. VII] VIII cum Leidensi
— 15, 1, 8 et exconsule] et consule Pith. (ad Sichard.) solus
Valent. 23, 20 dies tristior] dies tritior cum Parisinis 4410. 4411
Maiorian. 11, 10 archidiaconus] archidiacono cum Parisino 4410.

Accedunt aliae, quae quamquam nota carentes conjecturae speciem prae se non ferunt, unde unum certe codicem nobis ignotum praeter laudatos adhibitum a Pithoeo esse manifestum fit; huc pertinent loci

- Theod. 3, 22 ultores] cultores cum H(?)G
— 9 subscr. XVII] XVIII cum N Leidensi
Marcian. 1, 75 motui] multae cum O, multa Vat. reg. 1128
Maiorian. 7, 1 nervos] sic Pith. (ad Sichard.) [unde Cui. ed. 1 (marg.)] cum ΓΗΧΡΜ
 KΦ Vat. reg. 1128
— 7, 6 inpotentum] potentum Pith. (ad Sichard.) [unde Cui. ed. 1] cum Φ
— 7 subscr. VIII] VIII cum Parisino 4411.

10. Pithoei conjecturis in margine adscriptis hic illic praescribitur 'quid si legas' vel 'leg. vi(detur)' vel 'ιως leg.' vel 'leg.' aut 'ιως'. Notabilis est interpolatio nov. Theod. 11 inscr. (*Florentio*) viro industri προ orientis et excs. ad exemplum nov. Theod. 9 inscriptionis in codice Pithoeano interpolatae ex nov. Theod. 15, 8 sumpta. De observationibus indici exemplaris nostri inscriptis supra in describendis codicibus XC (p. XL) egi. — Nonnullas etiam conjecturas Cuiacio praeceptorci deberi certum est: sic Valent. 32, 46 ad Sichardianam lectionem *ignaros* Pithoeus verum restituens adscripsit 'Cuiac. legi' *gnaros*. Ad Marcian. 4, 26, ubi veram lectionem *fæce* exhibet O, *facere* legitur apud Sichardum, Pithoeus adnotavit *face ut P(crus) Fab(er) putat*.

Iacobus Cuiaci (1522—1590; Haenel, nov. const. p. XVII sqq. XXVII; Monumsen, CVIACIVS
Theod. I p. CVII sqq.) in priore Corporis Iuris Anteiusustiniani editione Lugduni a. 1566
prodita praeter Breviarii novellas a Sichardo divulgatas in lucem protulit sedecim, Theod. 12
(= Th. XII) — 24 (= Th. XV) — 25 (= Th. XVI) — 26 (= Th. XVII) — Valent. 8, 2
(= Th. XIII) — 17 (= Th. XIV) — 26 (= Val. XIII) — 28 (= Val. XIV) — 36 (= Val. XV) —
Maiorian. 1 — 2 — 3 — 4 — 5 — 6 (= Maiorian. III — VIII) — Sev. 2. Praeterea pp. 549,
573, 594, 596 indicem titulorum propositus novellarum Theod. Valent. Maioriani Anthemii
a Petro Pithoeo filio acceptum, eundem scilicet, quem P. Pithoeus pater Sichardianae
exemplaria Paris. Rés. F 380 supra tractati folio 94^v adscriperat (*1; vide p. XIX sqq.
XLIV), omissis Theodosianis et Valentinianis novem modo laudatis. Hoc tantum dis-
criterem inter hos novellarum desideratarum laterculos a Cuiacio propositos et Pithoeanum
indicem intercedit, quod Cuiaci inde a Pithoeano (scilicet tertiae syllogae) numero 34
'de postulando divi Valentiniani' (Valent. 2, 2) novellas a Pithoeo inter Theodosianas rela-
tas Valentiniano tribuit, servato quidem ordine, omissis numeris. Errore deinde ante
rubricam 'de honoratis et ne quis in gradu preeferatur' (= num. Pith. 48; Valent. 11) aliam
inserit 'de honoratis' inscriptam.

Ad subsidia Cuiaciiana determinanda hanc nunc viam ingrediamur, ut primum de
sedecim novellis extra Breviarium positis disseramus, quas Cuiaci primus edidit:

1. Sichardianae exemplar Paris. Rés. F 380 Cuiacio novellam Severi 2 suppeditavit,
quam emendatam edidit.

2. Ex codice nobis O (p. LI sq.), tunc temporis Bellovacensi, descriptae sunt novellae
Maioriani 1—6, quas Loisello Bellovacensi debere se Cuiaci in praefatione dicit. Hic
illuc discedit ab O textum sive emendans (ut Maiorian. 1, 14 — 2, 13 — 2, 17 — 2, 31 —
2, 52 — 4, 14 — 5, 16 — 6, 85 — 6, 88) sive corrumpebat (ut Maiorian. 1 rubr. — 5, 14 — 6, 58)
aut verba non intellecta omittens (ut Maiorian. 4, 3).

3. Reliquae novellae a Cuiaci primo editae eadem sunt, quas ex Theodosianis et
Valentinianis extra Breviarium positis libri ΣΣ (vide p. L) solas exhibent, id quod later-

CVIACIVS
1566
(Cui. ed. 1)

culus in capite primo p. XIX sqq. propositus docet. Quas Cuiacius editioni ita inseruit, ut uovellias Theod. 12 — Valent. 8, 2 — 17 — Theod. 24 — 25 — 26 (= XVII — XVIII — XXIII — XXXI — XXXII — XXXIII in ΣΞ) Breviarii Theodosianis sub numeris XII — XIII — XIII — XV — XVI — XVII, nov. Valent. 26 — 28 — 36 (= XXXV — XXXVII — XXXVIII in ΣΞ) Valentinianis sub numeris XIII — XIII — XV subiungeret. Multae librorum laudatorum, potissimum libri Σ, lectiones singulares vel hiatus inveniuntur in Cuiaciana editione (ut Theod. 24, 24 — Valent. 8, 2 inscr. — 17 inscr. — 17, 27 — 28, 4 — 28, 5 — 36 inscr. — 36, 6 — 36, 21 — 36, 37). Sed neutrum codicem adhibitum esse gravissimi dissensus declarant, qui inter editionem et libros intercedunt: crebri sunt Cuiaciana hiatus neque in Σ neque in Σ extantes; multi accedunt loci, ubi ΣΞ verum praebent, Cuiacius corrupta vel falsa solus exhibet (ut Theod. 24 rubr. — Valent. 28, 12 — 36, 10 — 36, 17 cet.); rarius editio veram lectionem contra ΣΞ vel alterum utrum codicem proponit; Anthemiana denique novellae, quae in libro Σ extant, desiderantur in Cuiaciana. Ex modo dictis appareat librum, ex quo Cuiacius novellas has sumpsit (de quibus, ut de Theodosiani libro XVI, verba nulla in praefatione fecit), latere vel perisse, proxime vero accessisse ad classem ΣΞ. In novellae Valent. 17 lectionibus hic illuc (ut 17, 19 — 17, 22) concordasse videtur cum collectione canonica, quam cardinalis Deusdedit composuit (p. LVI). Ad hunc codicem deperditum nescio an spectet Cuiacii epistula ad Pithoeum (a. 1569?) data, quam Girardus ex codice Parisino Dupuy n. 700 excerpit, ubi legitur (Mommsen, *Theod. I* p. LXVII): ‘vous dîtes que vous avez trouvé les nouvelles de Théodore entre les mains de monsieur Daniel. Je voudrais fort savoir si ce sont celles que j'ay tenu à Turin et que vous avez demandé si souvent et qu'au partir du dict Turin j'avoys commis à M. Orabe pour vous rendre’. Quae verba si revera codicem significant, quo Cuiaciana in novellis illis edendis nititur (Mommsen l. l. cogitat de Eporedensi E, id quod probatum mihi non videtur), etiam has P. Pithoeus Cuiacio suppeditavit.

4. Passim denique ex *Iustiniano* Cuiacius earundem novellarum textum correxit, ut Theod. 24, 7 ex Iust. 1, 46, 4, Theod. 26, 25 — 26, 48 ex Iust. 11, 59, 17.

Ad emendandas Breviarii novellas a Sichardo divulgatas praecipuum subsidium Cuiacio praebent exemplaris *Paris. Rés. F 380 adnotaciones Pithoeanae* supra p. LXVI sq. tractatae. Neque enim Pithoei patris solius, multo magis Petri filii apparatus in praceptoris fortasse usum ex diversis codicibus collectus ab eo adhibetur:

1. Adnotationibus *Pithoei patris* (= *A: p. XLIV sq.) explentur subscriptiones Theod. 2 — 3 — 14 (quae omissa in Sichardiana et a Pithoeo patre in margine adscripta, ita, ut est a filio emendata, in Cuiacianam recipitur), porro Theod. 20 rubrica et inscriptio, emendatur Theod. 20, 11; ad eas redeunt interpolationes duae Theod. 3 subscr. (*eodem exemplo* cet.) et Theod. 9 inscr.

2. Longe pleraque quae in Cuiaciana leguntur emendationes, corruptelae vel supplementa textus Sichardiani *P. Pithoeo filio* debentur (*Pith. [ad Sichard.]*; cf. potissimum sub n. 1. 4. 7. 8. 9. 10). Nonnulla exempla sequuntur:

Theod. 11 inscr. *p[ro]p[ter]o] p[ro]p[ter]o. Sichard.*, pf. p. orientis et exconsule *Cui. text. ex Pith. (ad Sichard. n. 10)*

— 22, 2, 19 *directis] Cui. text. ex Pith. (ad Sich. n. 8) cum Iust. 170, derelictis Sich. conservetur] Cui. marg. ('γρ') ex Pith. (ad Sich. n. 10) cum O, consequetur Cui. text. ex Sich.*

Valent. 33, 20 *quamcumque summam] Cui. text. ex Sich., quantumcumque summae Cui. marg. ex Pith. (ad Sich. n. 1) cum S*

— 35 rubr. *post diversis negotiis add. clericorum Sich., et ne quis clericus invitatus ordinetur Cui. text. ex Pith. (ad Sich. n. 4) cum Parisin. 4409: E Vatican. reg. 1048. Bern. 263*

— 35, 28 *civis] Cui. marg. ('alias') ex Pith. (ad Sich.: 'ret.') cum plerisque, cuius Cui. text. ex Sich.*

— — *sevir] sit vir Sich., si vir Cui. text., sive Cui. marg. ('τοως') ex Pith. (ad Sich. n. 1: 'ret.') cum S, seu libertus Cui. marg. ('τοως') ex Pith. (ad Sich. n. 7: 'ret.') cum Vatican. reg. 520*

Marcian. 4, 26 *faece] face Cui. text. ex Pith. (ad Sich. n. 10), facere Sich.*

Maiorian. 7, 1	nervos] <i>Cui. marg.</i> (‘ <i>γε</i> ’) <i>ex Pith.</i> (<i>ad Sich. n. 9</i>) <i>cum ΓΗΧΡΜΚΦ Vat.</i> <i>reg. 1128</i> , servos <i>Cui. text. ex Sich.</i>
— 11	<i>ad insilicium post 20 permittimus insertum Cui. marg. observat</i> ‘sequen- tiae non erant in vet.’ <i>Pithoeum secutus, qui in Sich. exempl. Paris.</i> <i>Rés. F 380 ad eundem locum adnotat</i> ‘non sunt in vet.’
3. Earum lectionum, quae neque in Sichardiana comparent neque ex Pithoeanis sumptae sunt, si Cuiacii coniecturas praetermittimus, quattuor genera secernenda sunt; quorum exempla gravissima laterculis propositis subiecimus:	
a) Theod. 3, 83	frygas] phrygas <i>Sich.</i> , catafrigas <i>Cui. cum HΦ</i>
Valent. 31, 33	adsuetudine] <i>Cui. cum L</i> , ad consuetudinem <i>Sich.</i>
Marcian. 1, 68	intimato] <i>Cui. marg. cum HNKL</i> , intentato <i>Cui. text. ex Sich.</i>
— 4, 23	penitus] <i>E</i> , putemus <i>Cui. cum NKLΦ</i> , om. <i>Sich. cum reliquis libris</i>
Maiorian. 7, 110	diurnum] <i>Cui. cum HNGKΦ</i> , diurnum <i>Sich. cum rel. libris</i> , <i>def. E</i>
— 7, 118	confectione] <i>Sich. cum plerisque libris</i> , confessione <i>Cui. cum HG</i> , <i>def. E</i>
b) Marcian. 1, 33	alio maiore] <i>Cui. cum NEΦ</i> , alio non <i>Pith.</i> (<i>ad Sich.</i>), in alia re <i>Sich.</i>
— 1, 67	nostrorum] <i>Sich. cum plerisque libris</i> , om. <i>Cui. cum NEΦ</i>
— —	invidia] <i>Cui. cum HNEKLΦ</i> , om. <i>Sich.</i>
Maiorian. 7, 34	peribit] <i>Cui. cum HNEKLΦ</i> , om. <i>Sich.</i> , subiciatur <i>Pith.</i> (<i>ad Sich.</i>)
— 7, 63/64	curialis crimen fideiussione] <i>Cui. cum NEKΦ</i> , om. <i>Sich.</i> <i>cum rel. libris</i>
c) Theod. 9, 6	scaeva] sola <i>Cui. text. ex Sich.</i> , saeva <i>Cui. marg.</i> (‘alias’) <i>cum E</i>
— 14, 77	res reservari post fuerint ubicumque] res reser- vari post fuerint res quae filii iuste sunt reservate ubicumque <i>E</i> , post fuerint res quae filii iuste sunt reservatae ubicumque <i>Cui.</i>
— 15, 14	debitorij debitum <i>Cui. cum E</i>
Valent. 1, 3 subscr.	sanctissimi ordinis p. c. et ad latus] <i>Cui. cum E Parisin. 4414.</i> <i>4415</i> , sanctissimis ordinibus spectabiles et adlatos (sede elatos <i>Pith.</i> (<i>ad Sich.</i>)) <i>Pith.</i> (<i>ad Sich.</i>) <i>ex S</i>
— —	recitata in senatu prid. id. mart.] <i>Cui. cum E Parisin.</i> <i>4414. 4415</i>
— 18 int.	haec lex interpretatione non indiget] ista interpretatione non eget (-it <i>E</i>) <i>Cui. cum E</i>
— 32, 60	potest urbibus] <i>Cui. text. ex Sich.</i> , post urbibus <i>Cui. marg.</i> (‘alias’) <i>cum ES</i>
Marcian. 1, 42	ita ut hinc saepius eveniret] <i>Cui. cum E</i>
Maiorian. 7, 62	pro culpa . . .] pro civilis (-es <i>E</i>) <i>Cui. cum E</i>
Sev. 1, 2	post ad locum add. id est de sanctimonialibus viduis de here- ditatis tertia vel de ceteris negotiis <i>Cui. cum E Parisin. 4413</i>
d) Valent. 1, 3 subscr.	valent. a. vii] valent. a. vi <i>Cui. solus</i>
— 27 subscr.	ppa in foro traiani xiii kal. aug. sub edicto firmini viri illustris <i>ppō</i>] <i>Cui.</i> , ppa in foro traiani kal. ag. sub id et firmini viri int. <i>ppō</i> (<i>ppō 4414</i>) <i>Parisin. 4414. 4415</i> , <i>praepō E</i> , firmine <i>ppō coss. L</i>
— 31 subscr.	acc. iii non. feb. rom. pp. in foro traiani] <i>Cui. solus</i>
— 35, 28 (vide p. LXVIII) sevir] severilis (servilis <i>Cui. ed. 2</i>) <i>Cui. marg.</i> (‘alias’) <i>solus</i> .	

Laterculus a) lectiones eas continet, quae alienae a libro *E* aliis melioris familiae codicibus (*HNKLΦ*) confirmantur. Laterculi b) loci cum in codicibus modo laudatis tum in libro *E* inveniuntur. Quae laterculo c) exhibentur lectiones omnes in *E* redeunt, passim accedentibus eiusdem classis decurtatis *Parisinis 4414. 4415*. Laterculo denique d) proposita Cuiacianae soli propria sunt (Valent. 27 subscr. prope accedit ad decurtatos *Parisiros 4414. 4415*).

Quaerentibus nunc nobis, quot codicibus praeter subsidia sub 1. 2 allata Cuiacius usus sit, haud absimile veri videri possit tres libros praesto ei fuisse, scilicet librum *E* (b. c.), eiusdem Breviarii familiae melioris alterum librum plenum nobis non notum (a.), classis denique *E* codicem deperditum, diversum illum quidem a decurtatis *Parisinis 4414. 4415* (d.). Haec fere convenienter cum Mommseni sententia, qui praeter alia subsidia *Theod. I* p. CVIII notata cum ad edendos ceteros Theodosiani libros tum ad l. XVI a Cuiacio Taurinis commorante adhibitum esse putavit codicem Eporediensem *E* a Pithoeo ei missum (l. l. p. LXVII sq.), praeterea librum quendam decurtatum hodie deperditum (l. l. p. CIX). Contra ego, si licet summo viro adversari, omnes lectiones quattuor laterculis a me allatas ab uno solo Breviarii integri codice iam deperdito pendere arbitror, qui ad familiam *HNE KLΦ* pertinens proxime plerumque aberat a libro *E* eisdem additamentis aucto. Optime sic explanantur laterculorum a) et d) loci, qui, quamquam a codice *E* alieni, eiusdem tamen familiae librum produnt. Nihil enim est, cur lectiones laterculi d) aliunde non notas eidem codici integro non tribuamus (cf. Valent. 35, 28). Hunc ipsum codicem deperditum significare videtur epistula Cuiaci ad Pithoeum a. circiter 1569 (?) data (*Theod. I* p. LXVII), ubi secundum Girardum legitur: ‘au reste votre code théodosien n'est point perdu, mais tant que ces troubles dureront, il n'y a pas moyen de le recoutrer’. Suo iure Mommsen (l. l.) Cuiacium Taurinis morantem Breviarii codicem a Pithoeo accepisse collegit, sed Eporedii adlatum hunc esse mihi quidem non persuasit. Mirum profecto fuissest Cuiacium professorem tunc Taurinensem ad adipiscendum Eporediensem codicem adiutore usum esse Pithoeo Parisino. Multo verisimilius est hunc codicem una cum altero et ipso deperdito, ex quo Cuiacium novellas extra Breviarium positas primum edidisse vidimus, Parisiis vel aliunde ex Gallia Taurinos missum ei esse a Pithoeo.

His igitur subsidiis Cuiacius ad priorem Novellarum editionem instituendam mea quidem sententia usus est: Ad novellas extra Breviarium servatas praeter Petri Pithoei patris adnotaciones *Sichardianae exemplari Paris. Réserve F 380* adscriptas adhibuit librum Ω a Loisello acceptum et *classis ΣΞ* codicem deperditum fortasse a Petro Pithoeo filio Taurinos missum. In Breviarii novellis edendis *Sichardiana editione* nisus utriusque Pithoei adnotaciones permultas ex *Sichardianae exemplari* laudato recepit; praeterea *classis E* codicem et ipsum deperditum Taurinos a Pithoeo missum ei esse verisimile est. Cuiacius igitur ipse non contulit vel descripsit nisi codices tres, ex quibus duos fortasse Pithoeo debuit; pleraque subsidia *Sichardianae exemplar* Pithoeanum Paris. Rés. F 380 ei supeditavit. Quae cum ita sint, mirari non possumus, quod in editionis praefatione Petrum discipulum suum eiusque fratrem Franciscum summis laudibus effert.

Neque aliter res se habet in altera Novellarum editione Cuiaciana a. 1586 prolata, quae, quatenus a priore editione differt, tota fere a Petri Pithoei a. 1571 editione et Francisci Pithoei adnotationibus Cuiacianae prioris exemplari Paris. Réserve F² adscriptis pendet.

**PETRVS
PITHOEVS
1571
(Pth. ed.)** *Petri Pithoei* editio a. 1571 Lutetiae prodita sub titulo *Imperatorum Theodosii Valentiniani Maioriani Anthemii novellae constitutiones XLII nunc primum in lucem editae* (Haenel, nov. const. p. XVIII sq.) novellas extra Breviarium servatas eodem ordine dispositas eademque forma exhibet atque *Parisinus 4420* (nobis A). Typis enim exprimuntur constitutiones eae, quas in laterculo p. XIX sqq. proposito sub litteris A^b) et C) dedimus, scilicet tertiae syllogae Theodosianae XII—L, exceptis XVII. XXIII. XXXV (= Theod. 12, Valent. 17. 26; vide p. XLVII), et Anthemianae I—III. Ex quibus editae iam erant a Cuiacio (vide p. LXVII) XVIII, 2 (= Pth. ed. XVIII: Valent. 8, 2) — XXXI (= Pth. ed. XXIX: Theod. 24) — XXXII (= Pth. ed. XXX: Theod. 25) — XXXIII (= Pth. ed. XXXI: Theod. 26) — XXXVII (= Pth. ed. XXXIII: Valent. 28) — XXXVIII (= Pth. ed. [X]XXVII [sic]: Valent. 36). In edendis sex novellis modo enumeratis Pithoeus codicis A textum (in universum multo meliorem Cuiaciano) editionis principis lectionibus hic illic explet vel emendat vel corrumpit, id quod exempla nonnulla subiecta illustrabunt:

- Theod. 24, 23 utpote sacræ] A, utpote super exactæ Pth. ed. ex Cui. ed. 1
— 25, 7/8 inlustrium . . . silentiorum] Pth. ed. ex Cui. ed. 1, om. A
— 25, 13 laxius] A, latius Pth. ed. ex Cui. ed. 1

Theod. 26, 25 translatis vel quodlibet] translatisque seu quodlibet *Pith. ed. ex Cui. ed. 1, om. A*

— 26, 48 hortantibus] *Pith. ed. ex Cui. ed. 1, orantibus A*

Valent. 8, 2, 14 programmatiis] *Pith. ed. ex Cui. ed. 1, programmaticis A*

— 28, 2 veterum] *Pith. ed. ex Cui. ed. 1, virum A*

— 36, 40 amotis] *A, remotis Pith. ed. ex Cui. ed. 1.*

Reliquarum novellarum, quae utpote anecdotae stellula notantur in indice, textus totus innititur libro *A*, cuius adnotaciones marginales (vide p. XLVII) in textum recipiuntur vel in appendicem editioni f. 47 sqq. subiunctam relegantur (*Pith. [ed. adnot.]*) vel negleguntur. — Index, quo *A* caret, editioni praemissus non modo novellarum extra Breviarium positarum et Breviarii Valentinianarum rubricas omnes continet ex contextu Parisini *A* depromptas, verum etiam titulos Theodosii in Breviarium receptos, quos Cuiaciana Pithoeo praebevit; novellarum Theod. 20 et 22 rubricae ex patrie adnotacionibus Sichardianae exemplari Paris. Rés. F 380 adscriptis (**A*) sumptae sunt (vide p. XLV).¹⁾

Huius editionis exemplari, iam *Parisino Réserve F 2240*, Pithoeus ipse varias lectiones adscripsit, quae magna ex parte in codicis *A* marginibus aut adnotacionibus editioni ipsi subiunctis reperiuntur. Paucae (in apparatu notatae *Pith. [ad ed. F 2240]*) commemorationes dignae sunt: pendent enim aut a codice incerto, ut

Valent. 2, 2, 29 remuneramus nam] *Pith. (ad ed. F 2240: 'vet.') cum O, remuneratione A cum Pith. ed. et Cui. ed. 2*

— 2, 2, 35 vel suo] *Pith. ed. et Cui. ed. 2, ve suo A, ac suo Pith. (ad ed. F 2240: 'vet.'), om. O Fuld.,*

fortasse a scheda altera Cuiaciana (vide p. XXX), aut littera 'C' praemissa Cuiacii conjecturas repraesentant proxime hic illic accedentes ad verum, ut

Theod. 5, 1 inscr. *crp] Γ, comiti r. p. Pith. (ad ed. F 2240: 'C'), comiti pf A Pith. ed. et Cui. ed. 2 (context.), comiti s. l. Pithoeus (Av) et Cui. ed. 2 (marg.), comiti O*

Valent. 34, 21 ac byzacena] *Ritter, byzacena Pith. (ad ed. F 2240: 'C'), bizan-*
cinae O, abidiacena A Pith. ed. et Cui. ed. 2, def. Γ

Ad editionem alteram a. 1586 parandam Cuiacius usus non est hoc volumine; conjecturae eius modo laudatae aliaeque post prolatam denum hanc editionem et factae a Cuiacio et adscriptae a Pithoeo esse videntur.

Exemplari editionis Cuiacianae prioris iam *Parisino Réserve F²* ad Novellarum partem a *Petro Pithoeo* adscripta (cf. Mommsen, *Theod. I* p. CIX) in apparatus nostrum raro recepta sunt.

I. Quae ad Breviarii novellas adnotantur pleraque proficiscuntur ex Sichardianae exemplaris *Paris. Rés. F 380* Pithoeanis eis, quae Cuiacius a. 1566 neglexerat, sive patris manu scripta sunt (**A*, ut ad Theod. 20 rubr. — 22 rubr.) sive a Petro ipso (*Pith. [ad Sichard.]*). Praeterea passim adhibiti sunt codex *Parisinus 4420 (A)* et Ranconeti adnotaciones exemplari Sichardianae tunc temporis Pithoei, iam *Paris. Rés. F 381* (p. LXV), adscriptae. Quae restant, si conjecturas praetermittimus, ad certam originem non referenda numero pauca sunt; nota nov. Theod. 15, 1, 14 pro *debitori deferat haberi debitorem desiderat*. Codicis Vesontini (nobilis **E*), quem Pithoeus ad Theodosianum citat (cf. Mommsen, *Theod. I* p. LXIX), vestigia in Novellis non repperi.

II. 1. Novellae extra Breviarium emendantur ex *Parisini 4420 (A)* contextu et marginalibus adnotacionibus, raro adhibitis Pithoeanae editionis correctionibus. Tituli novelarum desideratarum in Cuiaciana ex **A* repetiti plenioribus libri *A* Pithoeanaeque editionis rubricis supplentur.

¹⁾ Pithoeana haec a. 1571 editio repetita est in *Petri Pithoei Operibus Parisiis a. 1609 divulgatis* (p. 197—276) et in libro cui inscribitur *Petri et Francisci Pithoei Iurisconsultorum Observationes . . . cura Francisci Desmarés domini de Palis et de Luyères*, Parisiis 1689, p. 697—746 (cf. Haenel, *nov. const. p. XXI sq. XXIII sq.*).

Pith. (ad ed. F 2240)

*CVIACIANAE
PRIORIS
EXEMPLARI*

Exempl. Paris.

Rés. F²

(*Pith. [ad*

Cuiac. F²]):

PETRVS

PITHOEVS

2. Emendationes ad novellas Maioriani 1—6, potissimum ad nov. Maiorian. 6, adiectae, quas subieci, codicem optimum neque nobis notum¹⁾ adhibitum esse a Pithoeo docent:

- Maiorian. 6, 13 magnis] Pith. (ad Cuiac. F²) cum Γ, magis ΨΘΩ Cui. edd. 1. 2
— 6, 15 ullum] Pith. (ad Cuiac. F²) cum Γ, illum ΨΘΩ Cui. edd. 1. 2
— 6, 28 constringet] Pith. (ad Cuiac. F²), constringi libri et Cui. edd. 1. 2
— 6, 41 veniens] Pith. (ad Cuiac. F²) cum Γ, vehemens ΨΘΩ Cui. edd. 1. 2
— 6, 55/56 eo eligunt ut] Pith. (ad Cuiac. F²) cum Γ, colunt ut Pith. (ad Cuiac. F²: 'ret.'), colligunt ut Ω³ cum Pith. (ad Cuiac.), colliguntur ΨΘΩ¹ Cui. edd. 1. 2
— 6, 116 commentis] Pith. (ad Cuiac. F²) cum Γ et Pith. (ad Cuiac.), mentis ΨΘΩ Cui. edd. 1. 2

Exempl. Paris.
Rés. F²
(Pith. [ad
Cuiac.]):

RANCISCVS
PITHOEVS

Francisci Pithoei apparatus Cuiacianae exemplari iam *Paris. Réserve F²* a. circiter 1584/85 adscriptus in volumine primo (p. CIX sqq.) accuratissime tractatus est. Novellae, paginis 469—528 excisis, hodie incipiunt a nov. Theod. 3, 59 |rum in priratis. — In Novel- larum parte Fr. Pithoeus usus est hoc apparatu:

I. Ad novellas extra Breviarium servatas adhibuit libros *Parisinos* 4420 (4) cum editione Pithoeana a. 1571, 4412 (Σ: p. L), 9652 + 4406 f. 60—67 (Ω: p. LII).

1. Variae lectiones ad novellas Theod. 12 — Valent. 17 — 26, Theod. 24 — 25 — 26 — Valent. 8, 2 — 28 — 36 et indicem novellarum desideratarum adscriptae ex 4 et Pithoeana a. 1571 editione sumptuae sunt. Pleraque Francisci adnotaciones reperiuntur etiam in Petri exemplari Par. Rés. F²; neque vero a fratre pendet, qui plura excerptis. Franciscus ubi a 4 et Pithoeana dissentit, aut conjecturas proponit aut libro Σ utitur (ut Theod. 24, 16 mandamus — 26, 59 nullique — Valent. 17, 19 de causa — 17, 28 alienarum).

2. Cum novellarum Maioriani 1—6 textu Cuiaciano Franciscus contulit codicem Ω, ex quo novellae illae editae erant a Cuiacio (p. LXVII), genuinasque codicis lectiones in margine adiecit additis propriis conjecturis nonnullisque Petri fratris emendationibus (Ω²; vide p. LII). Praeterea ad novellam Maiorian. 3 librum Σ adhibuit (ut 3, 7 utilita- tem — 3, 10 accendentiam — pariter).

II. Ad Breviarii novellas quod attinet, compluribus Breviarii sive integri sive decur- tati codicibus Pithoeum, ut in Theodosiano, usum esse et promiscue lectiones inde ex- cepsisse certum est. Numeri 2, 3 aut 4 (raro habentur 5 aut 6) multis lectionibus ad- scripti indicant, quot in codicibus singulae reperiantur; adiecti igitur sunt post codices collatos lectionesque in exemplar nostrum transcriptas. Uno loco numeris pristinis deletis novus substituitur, scilicet Valent. 23, 45, ubi ad lectionem neque adire adnotatur 3. 4. 5; verba igitur in tribus iam reperta codicibus duobus aliis deinde praebita esse Pithoeo manifestum est. Similiter numeri correcti sunt Valent. 1, 3, 23 ut si extant — 18, 18 con- stituta.

1. Inter codices in Breviarii novellis adhibitis primarium locum obtinet Φ = *Par- sinus* 4403 A (p. XXXVI sq.), eo tempore Claudi Puteani; verba codici inscripta '1585 con- tulu' ad Franciscum pertinere supra (Theod. I p. CXVI; Theod. II p. XXXVII) vidimus. Codicis adsumpti exempla permulta reperientur in apparatu.

2. Ex *Parisino* 4411 (p. LIV) pleraque lectiones adscriptae sunt novellae Valent. 35 (in Φ deficiunt): ut Valent. 35, 9. 26. 46. 65/66. 81. 93. 97. 103/104; praeterea huius codicis vestigia passim comparent (ut Valent. 23, 21).

3. Liber 4 multas lectiones novellis Valent. 31 — 32 — 33 adscriptas praebuit (ut 31, 25. 32. 38; 32, 5. 12. 40/41).

4. Codex Ω passim adhibitus est (ut Valent. 23, 13 — Maiorian. 11 inscr.: *ricomero*).

5. Librum *E (p. XXXIII) in Theodosiano prae ceteris adsumptum esse a Francisco Mommsen (*Theod. I* p. CXV) docuit. Quamquam Rosanbinus, qui maximam novellarum

¹⁾ Fortasse ad eum spectant verba epistulae Cuiacii ad Pithoeum datae, quae p. LXVIII allata sunt: 'vous dictes que vous avez trouvé les novelles de Théodore entre les mains de monsieur Daniel'.

partem inde a Theod. 3, 36 continet, examinari a me non potuit, tamen nonnullae exemplares nostri lectiones singulares in *E* repartae etiam in Novellis librum **E* (ex *E* descriptum) adhibitum esse declarant. Pauca exempla afferre utile videtur:

- Theod. 3, 73 comprehensus] deprehensus *cum HE*
— 14, 64 eo addito] eo edicto *cum E*
— 15, 1, 10 enervare] insinuare *cum E*
— 15, 1, 17 semiplena] poenam *cum E*
— 22, 1, 32 horum] honorum *cum E*
Valent. 25, 40 reverenter] evidenter (*addito numero 2*) *cum E*
Marcian. 1, 75 motui] metu *cum E*
Maiorian. 7, 49 ministerii] *sic addito numero 2 cum EΦιO.*

Praeterea, ut in Theodosiano, etiam in Novellis passim inspecti sunt libri

6. *Parisinus 4409* (p. XXXIV), cuius vestigia repperi Valent. 27, 2 (*propitiata*) — 27, 43 (*submotae pro motae*) — 32, 90 (*quod accepit ins. ante emptori*),

7. *Parisinus 4412* (*E*) pariter atque in Novellis extra Breviarium positis (cf. Valent. 23, 11),

8. *Parisinus 4413* (p. LII: exemplo sunt subscriptiones Valent. 21, 1 [*actio IIII*] et 21, 2 [*actio II — acc. VII k. iun.J*]),

9. *Parisinus 4414* (p. XXXIV):

Valent. 19 subscr. in foro triani cons. *ss.*] in foro triani constpl *urp cum Parisino 4414 solo*

Maiorian. 11, 11 exsolvendas] exilio *cum Parisinis 4414. 4415.*

10. Epitomae Monachi codicem *Parisinum 4419* (p. LXII) inspectum esse a Pithoeo et locus Theod. 22, 1, 79 in apparatu nostro allatus docet et adnotatio folio 1^r Francisci manu inscripta ‘*1685 contul*’.

11. Ex reliquis lectionibus, quae neque in decem codicibus supra enumeratis redeunt neque coniecturae speciem prae se ferunt, graviora exempla subieci:

- Theod. 3, 63 discedentes] desidentes *cum S*
— 14, 41 prior] prius *cum NS*
— 15, 1, 3 peculiariter] specialiter *cum KL*
— 15, 1, 14 debitorem desiderat *cum Pith.* (*ad Cuiac. F²: p. LXXI*) et *Cui. ed. 2*
— 20, 5 praediis] praesidiis
— 22 rubricam inventam in Pithoeana a. 1571 editione, quae ntitur adnotatione paterna Sichardianae exemplari Puris. Rés. F 380 adscripta (*A), affert ex ‘lib. pat.’; item adest in *Cui. ed. 2*
— 22, 1, 52 nequeant in] neque ante *cum OG*
— 22, 1, 67 sive] sibi *cum S*
— 22, 2, 23 vel heredi ac *del.*
— 22, 2, 89/90 sententia] scientia
Valent. 1, 3, 28 inmitis] inminens *cum G*
— 1, 3, 51 timore] tenore
— 18, 6 audituque] aspectuque
— 19 subscr. dec.] septem.
— 21, 2, 32 supremum *del. cum S*
— 23, 45 (p. LXXXII) nequeat ire] neque adherere *cum Leid.*, nequatire
— 27, 6 iuris] *del. cum O*
— 27, 40 iussum] iustum; *inde Cui. ed. 2*
— 27, 51 sacrilega] sacrilegæ mentis *addito numero 2*; *inde Cui. ed. 2*
— 33, 14 praestita] praeterita
— 33, 29 tempora] emtori
Marcian. 1, 26 deficiente] definiente; *inde Cui. ed. 2*
Maiorian. 11, 21 ideo] *sic cum HN*
Sev. 1, 23 tantum *del. cum Fulb. Vatican. reg. 1048.*

Paucae igitur lectiones aliunde non notae in apparatu hoc Pithoeano inveniuntur. Libros *N* vel *L* adsumptos esse a Francisco vix crediderim; fieri autem potest, ut codicem *S* inspexerit. Plures utique praeter *Φ* et **E* supra tractatoe Breviarii integri codices adhibiti sunt, quos latere vel periisse verisimile est. Hoc etiam evincunt numeri 2 vel 3 vel 4 talibus lectionibus adscripti, quae in uno tantum vel duobus vel tribus codicibus nobis notis comparent.

*CVIACII
OBSER-
VATIONES
(Cui. obss.)*

Ad novellas editionibus Sichardi a. 1528, Cuiacii a. 1566, Pithoei a. 1571 publici iuris factas a. 1577 accesserunt tres constitutiones, scil. Valent. 2, 3 — 2, 4 — 15, in *Observatio-*num *libro XVI* a Cuiacio ex schedis duabus editae, quae primae syllogae codicis lacinias repreaesentabant. De quibus in capite altero (p. XXVIII sqq.) uberior disseruimus.¹⁾ —

*CVIACIVS
1586
(Cui. ed. 2)*

Cuiaciana altera a. 1586 Parisiis divulgata²⁾ (cf. Haenel, nov. const. p. XIX sq.; Mommsen, Theod. I p. CIX sq.) novellas usque ad illud tempus editas hunc in modum habet dispositas, ut tertiae syllogae ordinem, quem laterculus supra p. XIX sqq. propositus exhibet, in universum sequatur. In ordinandis igitur Theodosianis et Valentinianis Cuiacianus index Pithoeanae a. 1571 indice adeo utitur, ut etiam verba a Pithoeo prae- missa repellantur (*In exemplari, ex quo ista descripsimus, erat hic Norellarum ordo, quem licet omnino non probaremus, studiosos tamen caelare noluimus*). Hoc tantum discrimin intercedit inter utramque editionem, ut novellae Maioriani 9 inter Maiorianas suo loco transpositae, quae in Pithoeana numero 50 Theodosianarum signatur, substituantur novellae Valent. 2, 3 et 15 a. 1577 editae sub numeris 50 (*de advocatione Afris concessa*) et 51 (*de iure nundinarum*). Post Breviarii Valentinianas, ut in Cuiaciana priore, habentur novellae Marciani, inter quas quintum locum (sub rubrica *de foris*) tenet Valent. 2, 4; sequuntur Maioriani novem, Severi duae; in fine denique collocantur Anthemii novellae tres, quas codicis 4 librarius Breviarii Valentinianis anteposuerat. — Ad subsidia determinanda, quae Cuiacio ad hanc editionem parandam praesto erant, seorsum tractandae sunt

1. Breviarii novellae a. 1566 a Cuiacio editae,

2. Novellae extra Breviarium a) a. 1566 a Cuiacio in lucem proditae neque a Pithoeo a. 1571 repetitae (Theod. 12 — Valent. 17 — 26; Maiorian. 1 — 2 — 3 — 4 — 5 — 6; Sev. 2), b) a. 1571 a Pithoeo editae, c) a. 1577 a Cuiacio divulgatae (Valent. 2, 3 — 2, 4 — 15).

1. In Breviarii novellis ubi altera editio a priore differt, receptae sunt Fr. Pithoei lectiones selectae exemplari *Paris. Rés. F¹* adscriptae (*Pith. ad Cuiac.*)), et eae potissimum, quae utpote numeris notatas pluribus codicibus confirmari Cuiacius vidit. Lectiones, quae in exemplari *F¹* procedunt nudae, rarius recipiuntur, ut Theod. 15, 1, 14 *debitorem desiderat* (vide p. LXXXIII) — Theod. 22 rubrica ex ‘libro patris’ a Fr. Pithoeo adscripta (p. LXXXIII) — verba Valent. 19, 27/28 *se casu . . . a se homicidium* et 33, 30 *si decim* (sic) *duodecim solidos similiter recipiat* in Cuiaciana priore omissa — Valent. 32, 29 *ab exaciore*, nonnulli denique novellarum Valent. 35 — Maiorian. 7 — Marciani dissensus.

2^a. Novellarum Theod. 12 — Valent. 17 — 26 — Maiorian. 1 — 2 — 3 — 4 — 5 — 6 — Sev. 2 textus ex *Cuiaciana priore* repetitur, receptis paucis emendationibus in exemplari *Paris. Rés. F¹* repertis (vide p. LXXXII): sic Valent. 17 inscr. additur *et patricio* — 17, 12 omittitur *civitatis* — 17, 22 emendatur *nostram quoque praeceptionem haec ratio provocavit* — 17, 37 additur *divina* — 26, 5 emendatur *apicum* — Maiorian. 1 rubr. *ortu* — 3, 6 *probis* — 3, 7/8 additur *utilitatem* — 5, 14 emendatur *unam* — 6, 9 *adhuc* — 6, 34 *tradenda* — 6, 39 *institutio* — 6, 55/56 scribitur *colligunt ut religioni* — 6, 117 *in terras iustitia*.

¹⁾ *Aurelianensis editio* a. 1586 Aurelianae Allobrogum curante Cuiacio prodita (cf. Haenel, nov. const. p. XX) easdem atque Cuiaciana prior novellas continet adiectis post Valentinianas constitutionibus tribus supra laudatis (vide p. XXIX). —

Aurelianensem et Pithoeanam a. 1571 Novellarum editiones in unum volumen congesit *Rittershusius* (Francofurti 1615), quem Cuiaciana altera et Lugdunensis latuerant. Rittershusius eundem in universum ordinem secutus atque novellarum desideratarum indices in Aurelianensi editione (ut in Cuiaciana priore) propositi titulis inter Theodosium et Valentinianum distributis discessit a Pithoeana (cf. Haenel, nov. const. p. XXII sq.); hic illic emendationes propositi non contempendas.

²⁾ *Editio Parisina* a. 1607 prodita congruit cum Cuiaciana altera.

2^a. Novellarum in *Pithoeana a. 1571 editione* divulgatarum textus inde in Cuiacianam alteram transiit. Sed in constitutionibus Theod. 24 — 25 — 26 — Valent. 8, 2 — 28 — 36, quae editae iam erant in *Cuiaciana priore*, huius editionis lectiones passim aut in textu servantur (ut Theod. 26, 36, ubi *tantum* omittitur — Valent. 36, 20, ubi legitur *de interpretis*) aut in margine adnotantur (ut Theod. 25, 17 'al(ias)' *ratione resistit* — Valent. 28, 12 'al.' *suae presumat* — 36, 33 'al' *baonio*). Lectionem Theod. 24, 16 in textum receptam *mandamus* ex exemplari *Paris. Rés. F¹* (p. LXXII) adsumptam esse verisimile est. Duarum tantum lectionum origo incerta est, scilicet

Theod. 25, 13 *laxius*] } Cui. ed. 2 cum ΓΑΟΣΞ, { *latius* } Pith. ed. ex Cui. ed. 1.
— 26, 43 *tantum*] } tamen }

Librum *Ξ* adhibitum esse non credo, quippe cuius usus aliis alterius editionis Cuiacianae locis non confirmetur.

Aliter res se habet de novellis usque ad a. 1571 anecdatis, quarum textus ita, ut in *Pithoeana* habetur, in Cuiaciana repetitur. Variae lectiones in margine a Cuiacio additae omnes fere depromptae sunt ex adnotationibus eidem *Pithoeanae* editioni in fine subiunctis; quarum nonnullas Cuiacio ipsi deberi p. XLVII vidimus. Quae restant aliae ibi non inventae, quamquam aut in libri *A* aut in exemplaris *Paris. Rés. F 2240* marginibus P. Pithoei manu adscriptae habentur, tamen inde sumptae esse non videntur (vide p. LXXI). Pluraeque Pithoei conjecturae sunt, ut ad Theod. 7, 3, 8: *curius civitatum* (cum *F 2240*) — 21 subscr.: *cyro* (cum *A^v* ['lego']. *F 2240*) — Valent. 2, 2, 8/9: *retinendis* (cum *A^v* ['ταυς']. *F 2240*) — 2, 2, 22: *perpetendum* (cum *F 2240*) — 2, 2, 26: *parum* (cum *F 2240*) — 2, 2, 31: *iussionis* (cum *F 2240*) — 13, 57 *militaris* (cum *A^v*) — Anthem. 1, 36 *imminuat* (cum *A^v*). Reliquae paucae nescio an Cuiacio tribuendae sint, ut ad Valent. 11, 11: *geminarum* (cum *F 2240*: 'C'), ad Valent. 7, 3, 15: *sedem* — 13, 64: *ita augendam* — Anthem. 1, 35: *viduitate*.

2^c. Novellae Valent. 2, 3 — 2, 4 — 15 ex 'Observationibus' Cuiacianis descriptae sunt.

Cuiacius igitur ad novam Novellarum editionem parandam Petri Pithoei editione et conjecturis, Francisci Pithoei apparatu usus, ex quibus subsidiis lectiones sibi probatas recepit, cum ipse codicem nullum conferret, praetermissis conjecturis paucis de suo nihil addidit nisi novellas tres ex schedis duabus a. 1577 divulgatas.¹⁾

Novellae Constitutiones Imperatori Iustiniano anteriores, quas *Ritter* in Codicis Theodosiani tomo VI, 2 a. 1745 edidit (cf. Haenel, nov. const. p. XXIV) expressae sunt ad Cuiacianam alteram a. 1586, cuius ordo prorsus servatur. In adnotationibus commentarios atque notas criticas Ritter adiecit: commentarii ad legum historiam atque verba illustranda, ad determinandos imperatores, magistratus, tempora multum valent. Notae criticae multas emendationes, magni plerumque pretii, continent; praeterea adhibitae sunt editiones Sichardiana, Cuiaciana prior, Lugdunensis a. 1593, Rittershusiana, Marvillianas, codex Iustinianus, codicum denique nobis *M* et *G* lectiones collatae; passim accedunt variae lectiones ex libro *Γ* a Goetzio parum accurate excerptae et cum Rittero communicatae.

¹⁾ *Lugdunensis editio a. 1593* a Francisco Fabro procurata (cf. Haenel, nov. const. p. XX sq.) novellas in Cuiaciana altera additas exemplaribus Aurelianensis a. 1586 editionis (p. LXXIV not. 1) nondum divenditis post paginam 538 — p. 593 — p. 595 sqq. adiecit. Ordo novellarum Cuiacianam alteram sequitur, nisi quod nov. Valent. 26 (Cui. ed. 2 = XXXV) — 28 (Cui. ed. 2 = XXXVI) — 36 (Cui. ed. 2 = XXXVIII), ut in Aurelianensi, post Breviarii Valentinianas sub numeris XIII — XIV — XV habentur adeoque 48 tantum novellas Theodosianae leguntur. Praeterea nov. Valent. 2, 3 et 15 bis typis exprimuntur, et in fine Theodosianarum (sub numeris XLVII. XLVIII), ubi in Cuiaciana altera reperiuntur, et in fine Valentinianarum, ubi in Aurelianensi sunt, post nov. Valent. 2, 4 (quae in Cui. ed. 2 inter Marcianas habetur). Item index novellarum Valentiniani desideratarum p. 572 negligenter bibliopolae servatur. — Textus novellarum Breviarii Aurelianensis est; novellae extra Breviarium servatae congruent cum Cuiaciana altera, exceptis novellis Valent. 26 — 28 — 36 — Maiorian. 1 — 2 — 3 — 4 — 5 — 6 (usque ad p. 592), quae ex Aurelianensis exemplaribus, ut Breviarii novellae, proficiuntur.

Marvillianus in novellarum editione codici Theodosiano *Gothofrediano* adiecta (Tom. VI, Lugduni 1665), adhibitis Gothofredi notis atque emendationibus Lugdunensi adscriptis, hac editione in universum nititur (cf. Haenel, nov. const. p. XXIII).

- ZIRARDINVS** Primi novellas in libro *I* solo extantes (Theod. 10, 2 — 15, 2 — 17, 2 — Valent. 1, 1 —
1766 1, 2 — 2, 4 extr.) publici iuris fecerunt atque legum novellarum, quae corpori Maioriani
IMADVTIVS insunt, ordinem in *I* propositum restituerunt *Zirardinus* (a. 1766) et *Amadutius*
1767 (a. 1767). Editiones eorum, de quibus in capite altero p. XXV sqq. egi (cf. etiam Haenel,
nov. const. p. XXIV sqq.), neque in describendis novellis neque in commentariis verbo-
sissimis eam, qua opus erat, diligentiam praestabant.
- BECKIVS** *Beckius* in 'Iuris Civilis Antejustiniane' tomo posteriore Berolini a. 1815 divulgato
1815 (p. 1217 sqq.; cf. Haenel, nov. const. p. XXVI) primus et 'novellas constitutiones Iustiniano
anteriores' ex diversis editionibus coniunctas omnes in unum corpus collegit et indicem
secutus ab Amadutio ex libro *I* propositum Theodosianas Valentinianasque recte distri-
buit. Sed ordine, quem *I* servavit, non semel immutato plures novellae suo loco motae
sunt: ita ex Theodosianis, ut omittam nov. Theod. 1 Theodosiano praefixam, Theod. 3
(= Th. VI) — 7 (= Th. IX) — 25 (= Th. V); inter Theodosianas sub numero XXVI relata
est nov. Valent. 15. Ex Valentinianis transpositae sunt Valent. 2, 2 (= Val. XI) — 2, 3
(= Val. XIII) — 2, 4 (= Val. XXXVII) — 13 (= Val. XIX) — 16 (= Val. III) — 20
(= Val. XVI). — Ad contextum quod attinet, constitutionum verba paragraphis distin-
guuntur, Breviarii interpretationes omittuntur. Beckius in universum innititur Ritteriana
editione (in apparatu saepius voce *vulg.* indicata), quam libri *I* (= Ott.) lectionibus ex
Amadutio depromptis emendat; passim, potissimum in apparatu, adhibentur codices *M*
et *G*, editiones Sichardiana (= *S*), Cuiaciana duae, Pithoeana a. 1689, Rittershusiana,
Marvillianiana, Zirardiniana, aliorum notae, codex denique Iustinianus.
- HAENELIVS** Anterioribus editionibus longe praestat Haeneliana in corpore iuris Bonnensi prodita
1844 ('Novellae constitutiones imperatorum Theodosii II., Valentiniani III., Maximi, Maioriani,
Severi, Anthemii ad librorum manuscriptorum et editionum fidem recognovit et
annotatione critica instruxit Gustavus Haenel Lipsiensis', Bonnae a. 1844). Magna *Haenelii*
de Theodosiano Breviarioque Alariciano merita neque minora editoris vitia Mommsen in
primo huius operis volumine (p. CXVII) luculenter exposuit. Idem dicendum est de
Novellarum editione. Nam ut collatis codicibus omnibus tunc temporis notis textus
fundamenta fere certa iecit, quibus nostra etiam editio nititur: ita in confiendo apparatu,
congestis undique sine delectu et codicum et editionum lectionibus, rem minime accurate
et diligenter gessit adeoque multo minorem atque in Theodosiano fidem meretur. Accedit
quod, non recte perspectis primae et tertiae syllogae, scilicet corporis Maioriani et Bre-
viarii aucti, origine ac vi, quae leges, qui codices ad utramque earum pertinerent quaerere
supersedit. — Ad codices a. 1844 ab Haenelio adhibitos pauci addendi sunt, nempe codices
Eporedienses *E* et *X*, Legionensis *H*, *Vaticanus* denique *reg. 1050* (p. LIV), quem in libello
gratulatorio in Caroli de Savigny honorem a. 1850 conscripto tractavit; praeterea eum
latuerunt schedarum Cuiacianarum apographum Pithoeanum in cod. *Paris. Dupuy* n. 702
(p. XXIX) repertum, exemplaria Sichardiana *Paris. Rés. F 380* (p. XLIV sq. LXVI sq.),
Cuiaciana prioris *Paris. Rés. F¹* (p. LXXII sq.), Pithoeana a. 1571 *Paris. Rés. F 2240*
(p. LXXI). — Novellarum rectum fere ordinem Haenel exhibuit, constitutionibus in suum
locum restitutis, nisi quod novellae Valent. 15 ultimum inter Theodosianas locum attribuit
Beckium secutus; praeterea in ordinandis novellis Valentiniani inde a 18 usque ad 21 a
codice *I* discessit (p. XVI), iniuria denique fragmentum miserrime truncatum, quod Fuldensis
servat (p. XXIV), sub 'divi Maximi' novellae nomine editioni p. 265/266 inseruit.